



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Orthographiae || Ratio**

**Manuzio, Aldo**

**Venetiis, 1566**

|

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13350**

Quidam edidit A.D. 1584

IAPVDES, populi, Istriae finitimi, non, IAPIDES  
Capitolini triumphi, & Graeca consuetudo

IDAEA, cum Ae, scribo, epithetum Matris Magnae  
Deum. lapides. uide in, CAVSSA, 2, & in, CETE-  
RA, 1, IDEA, uero, sine diphthongo; cum est id, quod  
mente concipimus

ICCIRCO, non, IDCIRCO, scripserim libentius; quem  
admodum &, Accedo, Accipio, Accommodo, Ac-  
cumulo, & similia: quo lenior pronunciatio sit. con-  
tra tamen in quibusdam lapidibus, & in inscriptio-  
ne, Forosempronij

ILLIC, non, ILLHIC. libri veteres, & Virgilius Car-  
pensis

ILLVSTRIS, malo, quam, INLVSTRIS; ut, Illectus  
quam, Inlectus; Illudo, quam, Inludo. cur enim non  
consulatur Auribus? quarum esse iudicium super-  
bissimum, dixit Cicero in Oratore. Ut omittam, Scdu-  
rum, veterem Grammaticum, idem sensisse

IMBER, sine Adspiratione. Festus, libri veteres, &  
Virgilius Carpensis

IMMO, dupli MM. libri veteres, & Virgilius Car-  
pensis

**I**NCESTVS, sine diphthongo; a Graeco, Avñesov  
Festus & Q. Papirius Grammaticus, qui deducunt  
ab In, & Castus; A, in E, mutata

**I**NCHOO, malam, quam, INCOHO: in quo sequor  
Festum, cuius ego iudicium magnifico, & Teren-  
tium Scaurum, qui a Chaos deducunt: postremo  
Seruum, cuius haec sunt verba, lib. III. Georg  
» Apud Latinos nullum verbum est, quod ante Of-  
» nalem habeat O, excepto Inchoo: quod tamen Mai  
» res aliter scribebant, Adspirationem interponentes  
» duabus vocalibus, & dicebant, Incoco. tria enim  
» habebant Nomina, in quibus Clitteram sequeretur  
» Adspiratione, Sepulchrum, Orchus, Pulcher; e qui  
» bus Pulcher tantum hodie recipit Adspirationem  
Quibus verbis, quae planissima sunt, mutatam scri-  
bendi consuetudinem significat; &, Incoco, ex-  
clusum; Inchoo, receptum. Quod si quis morem Ma-  
iorum imitari malit, &, Incoco, scribere; non, In-  
choo: utatur hac ratione; Quoties eaedem vocales  
haererent, placuisse Maioribus, eas disiungi, inter-  
posita H; & dixisse; COHORS, quamvis deducar-  
tur a verbo, COORIRI; &, MIHI, non, MII; NI-  
HIL, non, NIIL; VEHemens, non, VEEMENS  
REPREHENDO, non, REPREENDO. Quamta-  
men consuetudinem posterior sustulit consuetudo, ut  
Seruij verbis liquet. Pontanus, in Libello de Adspi-  
ratione

ratione, & Georgius Valla, lib. XXXIII. Expetendorum, & Fugiendorum, IN COHO, scribunt: qui bus trium antiquorum, quos nominaui, auctoritatem antepono. Cum haec scripsisse, veterum quoque lapidum testimonio meam sententiam confirmari animaduerti: quorum sequitur exemplum

Romae, in Musaeo Carpensi. 1

|               |             |              |               |
|---------------|-------------|--------------|---------------|
| Sex. PompeIo. | AgasIo.     | Sex. PompeI. | Ar            |
| chitect.      | A. Villae.  | Sextian.     | Ab. aul.      |
| Marit.        | Haec.       | Aed          | icul. inchoa. |
| Idus.         | AprII.      | in           | PrId          |
| In. Fr        |             |              | Praesentiae   |
| P. xix        |             |              | In. Agr       |
| Germanico.    | Caesare.    | eT.          | P. xxii       |
|               | C. Fonteio. | Capi         |               |
|               | tone.       | Cos          |               |

Venusiae. 2

Imp. Caef. Diui. Neruae. Fil  
Nerua. Traianus. Germanicus  
Pontifex. Maximus. Tribunicia  
Potestate. V. Imp. II. Cos. III. P. P  
inchoatam. a. Diuo. Nerua. Patre  
suo . perficiendam . curauit

Imp . Caesari Diui . E . Augustus . Pont . Max  
 Cos XI . Tribunic . Potest . VIII . Imp .  
 Orb . Mari et . Terra . pacatis . Templo  
 Iani . cluso . et . Rep . P . R . optimis . legibus  
 et . sanctissimis . institutis . reformata  
 Viam . superior . Cos . tempore . inchoatam  
 et . multis . locis . intermissam . R  
 pro . dignitate . Imperi .  
 Gadeis . latioram . longioramq . usque . promovit

Addit.

Adde, quod Diomedes tradit, ex Julio Modesto, &  
Verrio Flacco. is enim sic, lib. I. cap. 4. Inchoauit  
» ab, Inchoo, sic dicendum putat Iulius Modestus  
» quia sit compositum a Chao, initio rerum. Quod  
» Verrinius Flaccus in postrema syllaba adspirandum  
» probauit. Cohaum enim apud veteres Mundum  
» significat. inde subtractum, Incobare. Tranquil-  
» lus quoque, his assentiens, libello suo plenissime Ae-  
» dem inchoatam differuit

INCREBESCO, dixerim; &, INCREBVIT, in prae-  
terito; non, INCREBRESCO; & INCREBRVIT. se-  
quor enim similitudinem: quia nullum verbum  
huic similius est, quam, Erubesco, quod facit, Eru-  
buit, in praeterito. ut enim a Ruber, fit, Rubeo, Ru-  
bes; & a Rubes, addita Co, fit Rubesco: sic, a  
Creber deductum est inusitatum hodie verbum, Cre-  
beo, Crebes; unde factum est, Crebesco, &, Increbe-  
sco. Non enim me mouent Nigresco, & Macresco  
nam deducuntur a Nigreo, & Macro: cum, Ru-  
besco, a Rubeo; &, Crebesco, a Crebeo. Nemo au-  
tem negat dici, Erubesco, &, Erubuit: nemini igitur  
dubium esse debet, quin similiter dicatur, Increbesco  
& Increbuit: cum, ut a Ruber, Rubeo, Rubesco; sic  
a Creber, Crebeo, Crebesco deducantur. malo enim  
comparationem facere inter simillima, & a similli-  
mis deducta, cuiusmodi sunt haec duo verba, derina-  
ta a nominibus, desinentibus in Ber, quam inter ea  
quae paullo distant longius; qualia sunt, Nigreo, &  
Ee I Macreo

Macro. Nam, quod aiunt viri docti, ideo scriben-  
dum, Increbresco, quod a nominibus ijs, quorum pa-  
trius casus exit in Ri, ut, Integri, Sacrifiat, Integra  
re, Sacrare: ostendi iam, sic excipi ab hac regula, In  
crebesco, ut excipitur Erubesco. Quod autem ij-  
dem affirmant, Rubesco, unde fit Erubesco, non a  
Rubro, sed a Rubore formari, ut Pallesco, a Pallore  
Puteo, a Putore; Foeteo, a Foetore; Candeo, a Can-  
dore; Caleo, a Calore: non negauerim, a Putore, Foe-  
tore, Candore, Calore, deducta haec esse verba, Pu-  
teo, Foeteo, Candeo, Caleo: sed, a Rubore deriuatum  
Rubesco, & a Pallore, Pallesco, non concederim, quis  
enim non videt, Rubeo quidem a Rubore deductum  
Rubesco tamen, a Rubeo, non a Rubore; eademq  
ratione, Crebeo, a Creber: & a Crebeo, Crebesco

INDVTIAE, cum T, quasi Inductae, scribendum pu-  
to. Gellius etiam cum T scribendum existimauit: cu  
» ius haec sunt verba, li. I. cap. x x v. Ex multis, que  
» iam audiuiimus, uel legimus, probabilius id, quod di-  
» cam, uidetur. Indutias sic dictas arbitramur, qua-  
» si tu diccas, Inde uti iam. Pactum Indutiarum eius-  
» modi est, ut in diem certum non pugnetur, nihilq. in-  
» commodi detur; sed ex eo die postea, uti iam omnia  
» Belli iure agantur. Quod dicitur dies certus prat-  
» finitus, pactumq. fit, ut ante eum diem ne pugnetur  
» atque, is dies ubi uenit, inde uti iam pugnetur: iccir  
» co ex ijs, quibus dixi, vocibus, quasi per quendam  
» coitum, & copulam, nomen Indutiarum connexum  
est

» est. Aurelius autem Opilius, in primo librorum, quos  
 » Musarum, inscripsit, Indutiae, inquit, dicuntur, cum  
 » hostes inter se se, utrumque utroque, alteri ad alteros  
 » impune, & sine pugna, in eunt. inde ab eo, inquit, no-  
 » men esse factum uidetur, quasi Inuiae, hoc est, Ini-  
 » tis, atque Introitus

INFITOR, cum t. libri veteres. Festus quoque Infiri-  
 » tari dictum putat, quasi Creditum fraudare. Qua  
 » definitione, videtur Infitor deducere ab Infiteor

IN PRIMIS, malo, quam, IMPRIMIS. aut aliter: u  
 » differat a secunda persona verbi Imprimo: eum N  
 » ante P in M mutetur

INTERVNNDINIVM, non, INTERVNNDINVM, Vi  
 » elorinus Afer Grammaticus scribendum praecipit  
 » cuius haec sunt verba: Internundinium, scribendum  
 » ut enim, Interlunium, & Trinoctium; ita, Inter-  
 » nundinium, quod nouem dies inter se continuos ha-  
 » beat, non quod nono die sit

IRRITARE, RR geminata: quod verbum, ait Dona-  
 » tus, a Canibus esse deductum, qui, restrictis dentibus  
 » R litteram imitantur. libri veteres, & Virgilius Car-  
 » pensis

ISTIC, non, ISTHIC. libri veteres, & Virgilius Car-  
 » pensis

Iv, pro IIII, plerique veteres scribebant: quos imitaver, assentientibus lapidibus

Romae, in Obelisco Campi Martij. I

I m p e r a t o r  
Caesar. Diui. F. Augustus  
Pontifex . Maximus . Imp  
XIII. Cos. XI. Trib. Pot. XIV  
Aegypto.in. potestatem. P.R.redact  
Soli . donum . dedit

**I**VCVNDVS, non, IOCVDVS. pluris enim apud  
me est Ciceronis auctoritas, quam omnes & lapides  
& Grammatici, si qui sunt, qui aliter sentiant  
Quamvis potest & a loco deduci. Is igitur sic, libro  
» 2. de Finibus: Hanc iucunditatem transfer in ani-  
» mum. Iuuare enim, in iatrorque dicitur: ex eoq. Iu-  
» cundum. Nec desunt tamen veteres lapides, in qui-  
bus, IVCVNDVS, scriptum sit

Romae, in Museo Carpensi. I

D. M.  
CORNELIO. IVCVND  
V. A. XIV  
CORNELIA. LASCIVA  
PATRONO. BENEMER

Ibidem

*Ibidem.* 2

MANILIAE . SEVERAE  
MANILIAE . IVCVNDAE  
NVTRICI

*Ibidem.* 3

IVLIA . IVCVNDAE  
AVG. L. SARCINATR  
\* A. MVNDO. MVLIEBYRA  
CANACIANA

*Ibidem.* 4

I V C V N D V S  
DOMITIAE  
RIBVLI . LIBRAR  
AD. MANVM

*Ibidem.* 5

LVCRINAE'. IVCVNDÆ'  
P. LVCRINV'S. P. L. THALAMVS  
A'. COR IN THIS. FABE'R  
LOC. ENP. EST. \*. CcI<sup>o</sup> M. ARGE' N  
SIBI. ET. SV. POS

*In eiusdem hortis.* 6

D . M  
T. FL. IVCVNDO  
BR. LEG. XXX. VLP

Ee 3

438

*Orthographiae*

FLAVI. FRVCT

\* SETVICTORO

ER. LEG. EIVSDEM

HERED. F.C.

In

DIS. Manibus  
M. Fabi. M. F. Esq. Regilli. et. **Fabiae**  
Fabia. M. et. O. Lib. Arete. Archim  
Temporis. sui. Prima. Diurna. fec  
sib. et. suis. quibus. legauit. Tetta

M. Fabio. Chrysanto  
M. Fabio. Phileto  
M. Fabio. Saluio. Vest  
M. Fabio. Hermeti  
M. Fabio. Torquato  
M. Fabio. Minesi. L  
M. Fabio. Azaeo

M. Fabio. Antigono  
M. Fabio. Carpo. L  
M. Fabio. Peculiari  
M. Fabio. Hilaro. L  
M. Fabio. Secundo. L  
M. Fabio. Autio. L  
M. Fabio. Cypare. L

Abalien  
Familia  
In.  
Sex.  
L.  
A.  
ETin.eod.Mon  
Mon

**Id**  
**E. 4**

*Ad Forum Iudeorum.* 8

Furfania . L . F . Saturnina  
 Fecit. Sibi. et  
 A. Manneio. A. F. Col. Celso. Filio. suo  
 Militi. Cohortis. VII. Praetoriae. et  
 M. Valerio. Ismaro. ConiugI. suo. et  
 M. Valerio. Semno. Vernae. suo. et  
 M. Valerio. Ismari. L. Hesicho. Tutori. suo. et  
 SaturnInae. Veneriae. Vernae. sua. et  
 EpicharinI . Libertae . et  
 Iucundae . Veneriae . Vernae . sua  
 Libertis. Libertabus . Posterisq. Eorum  
 Natali . Veneriae . Vernae . sua

*Ad D. Rocchi, in Aedibus Sudorinorum.* 9

MANLI . FELICiN  
 PATER . IVCVNDI  
 AVOS . NATALIS  
 ET. MAXIME

*In Aedibus Hier. Spavnochij, ad Aculam e  
Samauth.* IO

AELIAE . IVCVNDAE  
 COIVGI . B . M  
 ET. VICTORI . FILIO  
 EIVS . ITMARVS  
 AVG . LIB . FECIT

ꝝ, XI

DIS. MAN

L. CARISSIMO. VERNAE. SVO

FECIT

CLITIA. IVCVNDA

QVI. VIXIT. AN. IIII. MENSIB. XI

Neapolii. 12

PHAINVS

OCTAVIAE. IVCVNDAE

CONIVGI. BENEMERENTI

Mediolani, ad D. Nazarij. 1

DIS. MAN

L. GRAECINIO. POMPEIANO

ANIMVLAE. IVCUNDISSIM

Q. VIXIT. ANNOS. XXIII

MATER. POSVIT

AEMILIA . POMPEIA

ET. SIBI

In sequenti tamen lapide, IOCUNDVS, cum O , scripsit  
ptum est

Neapolii

D . M

C. Iocundo. C. F. Exq. Qui. XII. An. Vix  
et. septies. spectantibus. pub. Imp

E e 5

Ser. Gal. Oth. Sil. A. Vit. et. P. R  
 saltauit . cantauit . et . placuit  
 pro. iocis. quib, cunctos. oblectabat  
 si. quid. oblectamenti. apud. Vos. est  
 Manes. insontem. reficite. Animulam.  
 Faustus . nunc . Infaustus  
 Pater. et. Sibi. Fec

Vide & in, CONDICIO, 3

IUPITER, duplii p p, scribo ex antiquis libris  
 Praeterea, sic esse in veteribus aureis, argenteis  
 aereisq. nummis, affirmauit mihi eruditissimus ho-  
 mo, mihiq. coniunctissimus, Fulvius Vrsinus: cu-  
 ius industria valde sum adiutus in hoc meo Com-  
 mentario. Sic etiam habet antiqua inscriptio, quae  
 hodieq. Patavij visitur, in pariete unius portae  
 eorum murorum, qui verustiorem Ciuitatis par-  
 tem introrsus circumneunt: prope Pontem D. Bene-  
 dicti. Eam portam cum IO. BAPTISTA. RHA-  
 MNVSIVS, Venetae Reip. X. Virum Consilij a secre-  
 uir doctissimus, aereis Andreae Naugerijs, & Hie-  
 ronymi Fracastorij, virorum illustrium, imagini-  
 bus, priuato sumptu, publice superioribus annis  
 exornaret, ut erat elegantis ingenij, & totius an-  
 quitatis admirator egregius, addita per antiqua  
 Arae dedicatione, ex ruinis Salonae, Urbis Del-  
 matiae, iamdiu eruta, ad studiosae posteritatis sola-  
 tium, luculenter instaurauit . cum enim Rhamnu-  
 sis

suis penes se permultos annos Patauij in suis hortis  
continuissest mutilum lapidem, Salonae inuentum, ab  
amicis ex Illyrio sibi iampridem dono missum, ( ha  
buit enim is , domum Patauij, ad D. Petri , in Vico  
Patriarchae , elegantioribus picturis , & pulcherri  
mis antiquorum monumentis, excultam , in qua sae  
pe Venetijs, tamquam ex assiduis curarum fluctibus  
in portum , post publica X. uirum munera , relaxan  
di animi gratia, cum amicis , & iucundioribus soda  
libus, se recipiebat ) et forte fortuna in integrum post  
modum effraeti lapidis lectionem , amicorum ope  
peruetusto quodam codice adiutus , incidisset : ra  
tus, se gratum Antiquitatis Studiosis , facturum , si  
eiusmodi pulcherrimam formulam dicandae Arde  
in publicum proferret, non multis ante annis , quam  
uita excederet , sculptis affabre non paruo sumptu  
nouamarmorea in tabula, quae antiquo lapidi dee  
rant, notis , & utroque ad amissim compacto, vete  
rem nobis inscriptionem , iniuria temporum colla  
psam, ingenuo labore eleganter restituit

L.H.E.L.

L. AELIO. CAESARE. IMP. P. COELIO. P. F.  
VII. ID V S.

CN. DOMITIVS. VALENS. II. VIR. I. D.  
LEGEM. DIXIT. IN. EA. VERBA. QVAE. INFRA.  
IVPPITER. OPTIME. MAXIME. QVANDOQUE. TIBI. H  
OLLISQUE. REGIONIBVS. DABO. DEDICABOQUE. QVAS. HIC. H  
SIQVIS. HIC. HOSTIA. SACRVM. FAXIT. QVOD. MAGMENIVM. NE  
LEGES. HVIC. ARAE. EADEM. SVNT. QVAE. ARAB. DIANA. SVNT.  
SICVII. DIXI. HANC. TIBI. ARAM. IVPPITER. OPT. MAX.  
MEIS. DECVRIONIB. COLONIS. COLONIAE. MARTIAE.

4 BALBINO. VIBVLIO. PIO. COSS  
O C T O B R E S

EVNTE. C. IVLIO. SEVERO. PONTIFIC  
SCRIPTA. SVNT

ODIE. ARAM. DABO. DEDICABO QVE. OLLIS . LEGIB  
ODIE. PALAM. DIXERO. VT. INFIMVM. SOLVM. HVIVS. ARAE. EST  
C. PROTOLLAT. IT CIRCO. TAMEN PROBE. FACTVM. ESTO. CE. RA.  
IN. AVENTINO. MONTE. DICTAE. HISCE. LEGIB. HISCE. REGIONIB  
DICO. DEDICO QVE. VTI. SIS. VOLENS. PROPITIVS. MIHI. COLLEGISQ  
IVLIAE. SALONAE. CONIVGIVS. LIBERISQVE . NOSTRIS

Ratio

Romae quoque effossa fuit superioribus annis sequens  
inscriptio, in Monte Coelio, ad D. Mariae in  
Dominica, in qua IVP, in fine lineae; TER  
uero, in principio alterius, est. fra  
Etus etenim lapis. 2

|                                   |               |
|-----------------------------------|---------------|
| OPTIMVS . . .                     | MAXIMVS . . . |
| CAELVS . AETERNVS. IVP . . .      |               |
| TER . IVNONI . REGINAE . . .      |               |
| MINERVAE. IVSSVS. LIBEN . . .     |               |
| DEDIT. PRO. SALVTEM. SVAM . . .   |               |
| M. MODIVS. AGATHO. ET. PR . . .   |               |
| FAVSTI. PATRONI. HOMINIS. S . . . |               |
| ET. HELPIDIS. SVAES. CVM. S . . . |               |

IVRISCONSULTVS, reperio in antiquis lapidibus  
non, IVRECONSULTVS. plerisque tamen placet  
IVRECONSULTVS

Romae

L. Apifius . C . F . Scaptia . Capitulinus  
Ex . Testamento . Fieri . Iussit . Monumen  
Arbitratum . Herendum . meorum . et . sibi . et . suis  
C. Apifio. C. L . Oficiae. O. L . Apisiae . C . F  
Epaphrae. Patri Restitutae  
Primigeniae Matri Sorori  
C. Apifio. C. F . Libertis  
Capitoni . Frat . Libertabus . que  
C. Apifio. C. L . Felici . Tatae . Posterisq  
Huius . Monu Eorum .  
in . Ag . P . XII  
in . Fr . p . XXIV

Dolus. Mal  
Ab esto : et  
Iurisconsult

In. hoc. Monumento. Itus. Aditus. Ambitus. Libertis. Libertabusque  
(meis. omnib  
pateat . . . m. dato. ad. Sacrificia. facienda. quotiesquamque. opus. erit

AEMILIO . PAVLO . PAPI  
NIANO . PRAEFECTO . PRAE  
TORIO . IVRISCONSVLTO  
QVI VIXIT . ANNOS . XXXVI  
DIES . X . MENS . III . PAPI  
NIANVS . HOSTILIVS  
EVGENIA . GRACILII  
TVREATO . ORDINE  
IN . SENIO  
HEV . PARENTES  
FECERVNT  
FILIO . OPTIMO

IURISDICTIO , quid sit , ipsa compositio declarat  
nam , quod Iurisconsulti quidam recentiores , Latini  
nare expertes elegantiae , distinguunt , Iurisdictio , &  
Iurisditio ; inepte faciunt : cum , Iurisditio inusita-  
tum apud veteres verbum sit

IVENTIVS

Ff i

450

Orthographiae

IVENTIVS, familia Romana. lapides Capitolini  
& alij

Colognolae, in Agro Veron. I

SEX. IVVENT. SVAVIS  
DIANAЕ. LVCIF. LVNE

AMICUS. OPTIMA  
ANICUS. OPTIMA

AMICO. OPTIMA  
AMICO. OPTIMA

AMICO. OPTIMA  
AMICO. OPTIMA

AMICO. OPTIMA

&, 2

D. M

L. IVENT. IANVAR

AMIC. OPT

FECIT. ONESIMA

V. A. LX

Sic autem hoc loco, IVENT, pro, IVVENT. scriptum  
est, ut alibi, Fluum, pro, Fluuium; Dumuir, pro  
Duumuir; ♂, Flaus, pro, Flauius

Vide & in, KALENDÆ, 33

IRONOVY . . . . . IVOI

RIER . . . . . AYVIMKA . . .

WALD . . . . . AYVIMKA

Ff 2 KAESO